

BARTHOLOMÆUS, regis Syrorum nepos, Indis prædicavit: a primis cruce Lycanibus, tandem & Armenis, *Nicephorus* eum Hierapoli in cruce actum, primum miraculose evasisse, deinde iterum suspensum petiisse scribit. *Sabellicus* cum a fratre Polymni Allage in urbe Armeniæ Albana, pelle de- tradita exoriatur astrictus.

MATTHEUS, aliis Levi, filius Alphaei, publicanus Ca- pharnai, Evangelium Hebraicè scripsit, tertio anno Caligulae. In Æthiopia prædicavit. *Nicephorus* apud Anthro- phagos in civitate Myrmena clavus in terram defixum fuisse, auctor est. *Abdias* ab Hirtaco rege Æthiopum capite trun- catum astrictus.

THOMAS Didymus in Parthia prædicavit, item Medis, Persis, Germanis, Hyrcanis, Badtris, & Magis. Alii lanceis transverberatum, alii gladio percussum obiisse tradunt. *Hieronymus* in civitate Calatrina Indiæ obiisse, & Edeffam Meso- potamiæ reliquias translatis, affirmat *Ruffinus*.

JACOBUS ALPHÆI, item Justus, & minor, frater Domini, & frater Judæ dictus: item Oblias, hoc est, mutus: & Naza- reus, id est, sanctus: & Apostolus, quoniam viderat Christum, eumque prædicavit. Quæ duæ conditiones (teste Hieronymo in Epistola ad Galatas) in Apostolis primitivæ Ecclesiæ re- quiritantur. Quidam hunc Josephi ex alia uxore, alii Mariæ Cleophæ fororis matri Domini, & Alphaei filium fuisse as- serunt. Primus Hierosolymorum Episcopus fuit anno Christi 33. Tiberii 19. & Episcopatu præfuit annis 30. tanta sancti- tate, ut perpetuam servavit virginitatem, usque certatim om- nes simbarum vestimentorum ejus attingere cuperent. Inter- fectus est secundus à Stephano à Judæis, anno nati Christi 63. post ascensionem 24. Neronis 7. ætatis sue 65. teste *Epi- phanio*. Ut *Egeciptus* ait, nullum aut vini, aut carnis usum, in- tonsus, unguenti, & balnei expertus, & cui ob assiduum orandi usum, genua in camelorum speciebus occalluissent, quem Judæi & pinnaculo templi præcipitum, quod Christum prædicaf- set, sullonum fuisse mactatum.

JUDAS Lebbaei, & Thaddæus, item Zelotes, & Simeon dictus, frater fuit Jacobi, minor natus. Percurrit Judæam, Ga- lilæam, Samariam, Idumæam, Arabiam, Syriam, Mesopota- miam, Ægyptum, & Hieronymus eum à Thoma ad Abagarum Edesenorum regem missum scribit. *Abdias*, & *Sabellicus* in C Peris Pontificum impetu interemptum asserunt, *Nicepho- rus* vero eum Edeffæ post Evangelii propagationem, & mi- racula placida morte obdormisse scribit.

SIMONEM Epiphanius Josephi filium facit, Sophronius Ja- cobi: alii vero Alphaei, Ativo frater, sive sobrinus, sive patri- truchus Christi fuerit, Chanaanus certe, hoc est, Zelotes dictus est. Quidam eum post Jacobum Hierosolymis Episcopum fuisse asserunt, annis 46. *Eusebius* ex *Egeippo* eum sub Traja- no, & Attico consulari, flagris ad mortem usque Hierosoly- mis casum, tandem cruci affixum tradit, anno Christi 110. Trajani 10. ætatis 120.

MATHIAS, in locum Judæ proditoris per sortem electus fuit. Ex Bethlehem tribus Judæ nobili genere natus, & sub Rabbi Simone in lege institutus traditur ab Abdia. In Æ- thiopia eum prædicasse *Sophronius* scribit, ibique mortuum esse.

PAULUS, Saulus primò dictus fuit. Ejus parentes in oppi- do Judæ Giscali habitant: quo à Romanis capto, Tartum Ciliciæ migravit: & ibi natus est Saulus, pater Judæo, sive Romano, ex tribu Benjamin. Literis humanioribus imbutus fuit. Mox Hierosolymam missus, à Gamaliel Phariseo legem didicit, conversus est anno Christi 24. Tiberii 19. auctore *Hieronymo*. Evodius vero, teste *Nicephoro*, ab ascensio- ne ad Stephanum lapidationem septem intercessisse annos scri- bit, & Paulum sexto post mortem conversum esse. Sic con- versus, & in tertium etiam oculum raptus, organum electum ad prædicandum Evangelium Dei, multas peregrinationes obi- vit. Prima in Arabiam, Secunda quarto anno post suam conversionem, Christi 30. Tiberii 22. Hierosolymam re- linquens, Syriam, & Ciliciam peragravit. Tertia, Hiero- solymam cum Barnaba Cyprium abiit, in Pamphylia, Ly- caoniam, Phœniciam, & Samariam. Quarta, ex synodo Hierosolymitana cum Sila peragravit Syriam, Ciliciam, Mysiam, Phrygiam, Galatiam, Bithyniam, Samothra- ciam, Macedoniam, Thessalonicam, Athenas, Corin- thum, Ephesum, Cæsaream, & tandem rediit Hierosoly- mam. Quinta, ex Hierosolymis Antiochiam, inde pera- gravit Galatiam, Phrygiam, Macedoniam, Lyciam, & Hierosolymam revertitur, ab Asiaticis Judæis in templo comprehenditur. Claudius Lyfias tribunus eum eripit, &

ad Felicem præfidem Judææ transmittit anno 22. post con- versionem, Claudii 13. Christi 35. Sexta deditur ad Felicem Cæsaream, & ibi biennio vinculis custoditur, donec Fe- lices Felici succederet. Cum Cæsarem appellasset, Roman- vinculis deducitur, anno 2. Neronis, Christi 38. conversio- nis 25. Romæ biennio in clementi fuit custodia, quibusvis ad eum commentibus. Septima, post biennio apud Neronem causam dixit, & absolutus fuit, anno Neronis 4. An- nis igitur illis decem usque ad ultimum Neronis inivit Ec- clesiæ Syriæ, Asiæ, Græciæ, inde etiam Evangelizavit in Italia, Gallia, atque etiam Hispania. Mox Romam deno- pertractus, à Nerone capite multatus est, & in via Ostiensi sepultus: eodem anno, & die, quo & Petrus crucifixus est: nimirum 14. Neronis, aut 12. ut *Eusebius* vult, Christi nati 70. post 37. conversionis 36.

MARCUS Evangelista matrem habuit Mariam, in cujus domo Hierosolymis Christiani convenire solebant. Conso- brinus fuit Barnabæ, Cooperarius erat Apostolorum in pere- grinationibus, Paulum in Pamphylia deseruit, & eum Bar- nabam navigavit in Cyprium, Romam etiam fuit cum Paulo, & Petro quoque fides fuit socius, & ex ejus ore Evangelium suum scripsit. In Ægyptum missus, Alexandria suum Evan- gelium prædicasse dicitur. Ibi quoque octavo Neronis anno mortuus est, & sepultus, succedente illi Aniano, teste *Hieronymo*.

LUCAS Medicus Antiochenus, sectator, & comes Pauli, scripsit Evangelium, & aBā Apostolorum. Vixit 84. annis celeberr. Sepultus Constantinopoli: ad quam urbem 20. Const- stantii anno obita ejus cum reliquis Andree Apostoli translata sunt ex Achaja. *Nicephorus* ait, cum in Græciæ de olea fuisse suspensum.

PHILIPPUS Diaconus, & Evangelista fuit Hierosolymis, *Ab. 68. 19. 21.* Quatuor filias virgines prophetico spiritu præ- ditas habuit. *Ab. 21.* In civitate Samariæ concionatus est, & miracula magna edidit. Simonem etiam magum cum Petro vehementer impugnavit. Rediit cum Petro Hiero- solymam. Mox ductu Angeli Gazam abiit, & in Æthio- pem eunuchum Candacis reginæ incidit, eum convertit, & baptizavit. Æthiopo non advertente, à spiritu abripitur, & in Azoto urbe collocatur. Inde finitimus omnibus Evan- gelizans, Cæsaream venit: ibi tranquilla morte decef. G fit.

BARNABAS, sive Barsabas, hoc est, filius consolationis, atque etiam iustus cognominatus est. Josephus quidam, Chri- sti discipulus, Levita, Cyprius. Hic cum Mathia fortio- nem subiit Apostolatus: sed Mathias electus fuit. Idem Paulum conversum primus Hierosolymis hospitio excepit, anno conversionis 4. Christi 37. Tiberii 22. Antiochiam confirmandæ Ecclesiæ causa mittitur. Tartum inde profes- sus, Paulum perduxit Antiochiam, & ibi integro anno commune docendi munus habuere. Cum Paulo deinde in Cyprium navigavit, Lycaniam, Pamphylia, Phœniciam, Samariam peragravit. Circumfertur ejus Evangelium, sed apo- cryphum. Alii in Cyprio fimbriis extra civitatem protractum, crematum esse asserunt. Alii in Salamine passum scri- bunt.

THIMOTHEUS deliciae Pauli, patre Græco, matre vero Euni- ca fidei muliere natus est Lyftris Lycanoniæ. Comes fuit Pauli in peregrinando, & legatus etiam Ephesi subsistit. Quidam eum Ephesi in porticu templi Diane, quod idololatriam cor- rum redarguisset, telis & lapidibus obrutum ferunt. Alii sub Nerva, alii sub Domitiano occidit asserunt.

TITUS Paulo dilectus filius in fide, socius, & adiutor, H Græcus fuit. Corinthi Evangelizavit. Mox à Paulo in Creta relictus est, primus Cretensium Episcopus. In Creta obiit, & sepultus est: prius in Dalmatiam profectus, cum Paulus Romæ secundo captivus teneretur.

SILAUS, Pauli, & Barnabæ comes, prophetico spiritu claruit. Orto inter Paulum, & Barnabam diffidio, cum Paulo in Syriam, & Ciliciam abiit, & eadem cum Paulo petulit. U- num è LXXII. discipulis fuisse, Petrus de Natalibus refert, & Episcopus Corinthiorum in Macedonia martyrium subiisse. Videtur hic idem sub Sylvam nomine à Paulo nominari: quamvis alii diverfos esse velint.

JUDAS quidam inter Hierosolymitanæ Ecclesiæ fratres primarius, & spiritu prophetico clarus, cum Paulo, & Barnaba Antiochiam ex Synodo profectus: & ibi ali quandiu com- moratus, multis concionibus fratres exhortatus est.

ARCHIPPUS Pauli socius, & commilito fuit, Hieronymus Colosensis Ecclesiæ Episcopus fuisse putat.

Alexan-

ALEXANDER quoque Pauli socius, qui in tumultu Ephesi- A no è turba extirpatur, accusandus Judæis.

ARISTARCHUS Macedo ex Thessalonia, Pauli comes, at- que etiam concipivus, in *Epist. ad Coloss. 4.*

MANACHES Herodis tetrarchæ collectaneus, Propheta, & doctor in Antiochena fuit Ecclesia, ante Barnabæ, & Sauli prædicandi per gentes segregationem. *Ab. 13.*

ANDRONICUM, & Juniam vocat. Paulus suos cognatos, concipivos, ac nobiles, Apostolos.

APOLLO, genere Alexandrinus, Judæus, venit Ephesum: & ibi ab Aquila institutus, in Achajam abiit, & Corinthi- etiam prædicavit.

ZENAS jurisperitus, ejus ad Titum 3. meminit, Corinthi docuit cum Apollo.

ONÉSIPHORUS à Paulo mirificè commendatur. 2. *Tim. 1.*

CRESCENS à Paulo in Galliam missus est.

EPAPHRODITUS Roma à Paulo ad Philippenses missus fuit, ut illis Evangelizaret.

EPAPHRAS docuit Evangelium apud Colosenses, cum Paulus Romæ captivus teneretur.

EUNUCHUS Candacis reginæ à Philippo diacono conver- sus, Æthiopiis deinde prædicavit, Sophronius eum in Ara- bia felici, & Taprobana insula maris Rubri Evangelizasse, & martyrium subiisse testatur.

SANCTINUS Episcopus Neldensis, sub Domitiano, à Dio- nyfio Areopagita institutus.

EUTROPIUS Persa genere, anno 14. Domitiani, Petri A- postoli consilio in Galliam abiit, & martyr obiit.

MATERNUS, Valerius, & Eucharis Ravennam à Petro missi à Naucleo traduntur. Henricus Maternum Teverim. *Ægisthum* Bardovicum à Petro missos asserit, utrunque ex 72. discipulorum numero.

HERMAGORAS à S. Marco conversus, à Petro Aquilejæ Episcopus constituitur: Patitur sub Nerone.

DIONYSIUS Areopagita, Pauli discipulus, qui tempore passionis Christi Eclipsin in Heliopoli Ægypti vidit, & vel mundum machinam rururam, vel Deum naturæ patri asseruit, à Paulo Athenis conversus, ad Clementem Romanum Episco- pum missus, & ab eo in Gallias dimissus, Parisius eum rustico, & Eleutherico sociis martyrium passus est.

MELITO Sardensis Episcopus, vir eloquentis, discipulus Frontonis philosophi, qui Marcum Imp. erudit. Pro Chri- stianis apologiam ad Imp. scripsit, anno Imperii ejusdem 17. In Orientem profectus, & eum ipsum numerum librorum vete- ris Testamenti, qui & nobis hodie receptus est, retulit. Ple- ruma scripsit. Mortuus Sardibus.

PANTENUS Alexandrinus, Philosophus Stoicus doctissi- mus Christianus factus sub Commodò dignus habitus fuit, qui primus publice Alexandriæ Christianam scholam aperit, & Catechetis constituitur. Mox cum Indi Alexan- driam mittent ad Demetrium Antistitem, ut sibi docto- ridemoneum mitteret, Pantenus eò missus est, ubi Evan- gelium Mathiæ reperit, quod Bartholomæus Apostolus olim ibi doctrinam Christi plantans, Hebraicè descriptum reli- querat, atque illud secum Alexandriam deportavit, cum In- diam relinquere.

BASILIS Ancyranus presbyter, fidei Nicænæ acer de- fensor, eum sub Juliano ad ethnicismum multi relaberentur, Ecclesiæ circumitit, Christianis in fide confirmans. Tandem sacra faciens, ab ethnicis captus, & post multos cruciatus martyrio affectus est. Divites ab hoc Basilis Ancyranus Episcopus, Semianarius & Pneumatomachus.

ÆDESUS, & Frumentius Tyrii, cognati Meropii ejus- dem Tyrii philosophi, & ab eo in literis instructi, cum eo navim Indiam sunt delati. Ibi propter fœdus inter Roma- nos, & Indos ruptum, occisus est innocens Meropius. Pueri ad regem adducti. Illa alterum mensæ regio, alterum sermibus suis præfecit: & moriens, regio regio præceptores dedit. Interea Frumentius, cui prima commissa erant: re- gia gubernationis partes, & propagandi apud Indos interiores Evangelii provinciam suscepit (nam vicinos Indos Bartho- lomæus Apostolus docuerat). Querit ergo inter Roma- nos mercatores Christianum: eum eo cœtus Ecclesiasticos magno voto suis fructu cogere incipit. Inde cum rex ad mura- rum pervenisset atarem, resignata gubernatione, reditum in patriam à regina, tanquam invitata, impetavit. Itaque Alexandriam Frumentius venit, Athanasio successores suos enarravit: & ab eo Indorum genti tandem missus est Episcopus. **ÆDESUS** vero Tyrum ad suos rediit, & presbyterii sortitus est.

KEBUS Corinthus Britannus, Salomonis Cornubiæ ducis filius, virtute, & ingenio clarus, Galliam petiit, & apud Pictones cum Hilario familiariter vixit, & in religione ita institutus est, ut in patriam reverens Venodoras, & Monadas, gentes Cambriæ versus Boream, exemplis, & doctrina insti- tuerit, anno Salutis 380.

FABOLINUS, Viator propter peregrinationes assiduus di- ctus, regis Scotorum, & Hybernæ filius, Christum prædicavit passim, & collegia instituit, per quæ fides propa- garetur: in primis quidem in Gallia Pictavi sub Hila- rio, deinde apud Belgas propè Mosellam. Paulo post in Vosadi cacuminibus, Argentinæ, Curie Rhetorum, & alibi per Burgundiæ provincias. Postremo appulit ad in- sulam Rheni supra Basileam, ubi nunc oppidum Sac- cingum est, & ibi ædificam adificavit. Verum incolæ eum virgine casum egerunt: Adit Clodoveum regem Gal- lorum, & ab eo donationem istius insule liberitatem accepit. Instituit ergo ibi collegium seminarium. Post mor- tem Clodovei, cum incolæ rursus tumultuarentur, preci- bus à Deo impetravit, ut Rhenus relicto dextro alveo ad sinistram laberetur, & sibi contra Ethnicos propugnacu- lum fieret. Quo miraculo incolæ convertit. Resuscitavit F quoque Ursum Claronensem, qui ei hereditatem suam dono dederat. Nam cum mortuo Urfo frater ejus Landul- phus pactum negaret, & coram Baldeberto Langravio judicium expediri non posset, nisi Ursum donator coram iudicibus sisteretur: Fridolinus Claronam abiit, & Dei virtute Ursum resuscitavit, secumque ex Claronæ ad pagum Rheticum Ranquil per sex miliaria duxit, ut coram Langravio cum fratre Landulpho de injuria locorum. Quo miraculo Landulphus territus, suam & ipse partem hereditatis Fridolino donavit. Obiit Fridolinus anno Christi 514. cum Christum annis 130. peregrinando prædicasset. Saccinga sepelitur ad sinistram chori partem: eum in dex- tera cubaret Ursum. Postea vero eo ex loco Fridolinus in fun- dum ara collocatus est.

SEVERINUS Afer, monachus, Ravennatensium inde E- piscopus, mox ad ulteriorem Danubii ripam in Noricorum finibus cœnobium habuit. Post mortem Attilæ, Vandalorum crudelitatem fugiens, ad ipsos Vindelicos, & Nori- cos, Romanorum adhuc provincias, concessit. Primum moratus Batavia, ad confluentes Danubii, & Oeni, ubi G sanam ejus nomine dictam hodie atret. Postea ad Fabia- nam (quæ nunc Vienna est) concessit, sub monte Ca- cio (qui mons Calvus dicitur) Tandem Laureacum abi- it. Prophetico spiritu claruit, & circumiens omnibus penitentiam prædicavit, futurus Barbarorum incursionis prædicans. Qui pariter ejus consilio, à Barbaris ele- mentibus tractatuere, ut Tiburina urbs, Norici cum ca- purum, Hostibus etiam ipsi admirationi fuit. Odoacro Eru- lorum regulo Italiæ regnum prædixit: Sanationum donis celebris fuit. Laureaco Fanium disceserat: ubi senio con- fectus vocatis ad se Philiteo, ejusque conjugis Gisa, & Fri- derico Rogorum principibus, monuit, ut cum Romanis fœdus servarent, & pii essent: sin minus, penas datur- os: quod & contigit. A Theodorico enim occisi sunt. Romanis futurum reditum in Italiam prædixit, atque, ut unâ secum oſsa sua auferrent, petiit. Obiit Idus Januarii, anno Christi 481. Relata postea ejus oſsa in Italiam. Nea- poli condita in castello Lucullano, ubi Severini nomine monasterium extructum: anno Christi 494. Discipulos ha- buit Lucillum Pataviensem, pastorem, & deinde Episco- H pum Fabianensem, qui post Severini mortem cum Roma- nis in Italiam rediit: Sylvium Quintianorum mytem: Con- stantium Laureacensem Episcopum anno 427. sub quo Se- verinus Laureacum precibus suis ab hostium vi servavit, anno 477. Paulinum Tiburini Norici metropolii Episco- pum, qui ad monitionem Severini, triduum indico jeju- nio, urbem ab excidio servavit: Maximum Juvanensem E- piscopum, quem Severinus monente duobus nunciis, ut urbe excederet eum omnibus quotquot salvi esse cuperent: imminere enim urbi extremum fatum nocte insequente. Al- tera nocte ab Herulis, & Ostrogothis, duce Vidomaro, urbs excisa est, Maximus in cruce actus: symmythæ ejus plures 55. erupe montis, quò sese abdidit, præcipitatus, anno 576. In eade Amandi (quæ hodie Margarete est) Salsburhi humatus.

OROSTIUS Tarraconensis ortu, Augustini jam grande- vi discipulus, scriptis clarissimus, contra gentes, & Pelagianos acriter pugnavit. Floruit anno Christi 415. Mor-

Mortuo Augustino, Romam concessisse dicitur. A SERVANUS Scotus à Palladio ad Orceas insulas missus, eorum primus Apostolus factus est, anno Christi 400. NINIANUS Venetota Britannus, post Romana studia per Britannorum, Scotorum, & Australium Pictorum terras, doctrina, & miraculis Christi fidem propagavit, & Pictos prius convertit. Obiit anno Christi 432. sub Theodosio juniore.

NICETIUS Lemovicensis monasterii Abbas, vir sanctissimus miraculis, & prophetia, atque sanandi dono clarus, contra Nestorium, & Eutychem scripsit: Justinianum Imp. de errore, quod Christum purum hominem assereret, reprehendit: in concionando facundus fuit, & acer. Febre obiit, sepultus in basilica S. Maximini.

BARBATUS Beneventanus Episcopus, Longobardos (qui licet baptizati essent, tamen idola adhuc adorabant, utarbores, & aureum viperæ simulacrum) convertit, arborem succidit, & viperæ simulacrum in calicem mutavit. Sub Justino secundo claruit.

RUBERTUS, regio Francorum genere procreatus, Theodorici Francorum regis piensissimi filia Reginotrudæ) cum filio Theoderto ab idolis ad Christum convertit, & Ratisbonæ baptizavit. Deinde in Danubio navibus delatus, undique Boiis certatim confluentibus, cælestis doctrinæ mysteria exposuit. Atque ita Lauream devenit, inde per Noricum Utinum, quæ Oringa hodie dicitur, perrexit: ibi Uronem alterum, & Theodoraldum tertium, Bojorum duces, & Theodonis fratres; sacro lavacro abluit: & cum duodecim suis symyritis, circa Ratisbonam, Veltemburgum, Otingam, & passim per omnes Baviaræ regiones templa extrui curavit, anno Christi 537.

EUGENIUS Ecclesiæ Toletanæ, & provinciæ Carthaginensis metropolitæ, lumen fuit Ecclesiæ Occidentis, eruditione, & sanctimonia.

Helvionis monachus, successer Eugenii, Pelagianos, & Helvidianos à tota Gallia, & Hispania disputationibus suis eiecit.

PAULINUS, ex Italia cum Justo, Mellito, & Augustino, missus à Gregorio pontifice in Angliam, Northanhambros ad fidem Christi convertit.

VILFRIDUS, Lindelarnensis Episcopus vigilantissimus, Frisones ad Christum convertit, cum eò tempestate esset delatus. Miraculis claruit, & Australibus Saxonibus pluviam, quæ per triennium caruerat, impetravit. Obiit anno Christi 710. ætatis suæ 75.

CUNIBERTUS Hagustaldensis Episcopus in Scotia, in docendo laboriosissimus, tandem anachoreta factus, in vasta solitudine aquam à faxo evocavit.

BEATUS Anglus, primus Helvetiorum Apostolus, vitam solitariam Interlacii egit, cum prius Suetonius appellaretur. Bona sua pauperibus distribuit, & in Divorum ordinem post mortem relatus est. Stumpf.

BONIFACIUS Moguntinus Episcopus, natione Anglus, alio nomine Venofridus dictus, Romani pontificis legatus primus per Germaniam, anno Christi 721. in dicendo scdulus fuit, in Gentium erroribus confutandis strenuus, in vicinis reprehendis Erchenbaldi Anglorum regis severus. Scripsit etiam quedam. A barbaris tandem cum 50. focis interfecit esse, anno 755.

Vivilibaldus, Richardi Anglorum regis F. Bonifacii avunculus monachus, Hierosolymam adiit, postea Romam. Inde à Gregorio III. pontifice max. in Thuringiam ad Bonifacium missus, Erfordiæ, & in vicina Hassia Christum docuit. In Bavariam progressus anno 740. ad Almonem fluvium in vasta solitudine excisus quercubus, locum urbi extruendæ legit, Aichstert dictum. A Bonifacio postea Episcopus Aichstadiensis, consensu Utilionis ducis Baviaræ, constituitur.

VULFRANNUS, Episcopus Senonensis, in formis monitis, deserto Episcopatu Frisiam ad prædicandum Evangelium abiit. Convertit filium Ratobodi regis, & Ingomarum baptizavit. Ratobodus cum jam in baptisterio esset, rogavit. Vulfrannus respondit. Plures esse in inferno. Tum rex pedem à lavacro retraxit, cum majoribus suis se in inferno esse malle professus. Anno Dom. 718.

VILLEHARDUS Anglus, in frisia post mortem Bonifacii Ecclesiæ dissipatas collegit, Discipulis ejus, à Bremenensibus interfecit: postea in Gallia biennio integro Deum pro Sa-

xonum conversione oravit. Carolus Magnus eum constituit Episcopum Bremensem. Obiit anno 791. & annos 35. in Efrisa docuit.

Uvillebrordus Anglo-Saxo, Monachus, rogatu Pipini à Sergio Pontifice maximo Frisonum Archiepiscopus designatus, & Clemens appellatus anno 694. Maximam partem Frisonum Occidentalium convertit, mira sanctitatis, & abstinentiæ vir prædicator; Pipinum filium Caroli Martelli (quem baptizavit) omnes reges fortitudine, & majestate superaturum.

LUDGERUS Frisius, Monachus Beneventi in Francia, sub Carolo Magno Monasteriensis Episcopus, innumeras gentes ad Christum convertit, adeo ut Apostolus Saxonum à Grantzio appelleret.

JOANNES Eboracensis Episcopus Bedam, Accam, Bertinum, Herebaldum, Siggam, viros clarissimos, discipulos suos, à questionibus parum utilibus ad scripturæ interpretationem traduxit, & Beverlaci collegium studiorum instituit, ibique docuit, postquam se sponte abdicavit Episcopatu.

ANSGARUS Corbejensis Monachus, Gallus patriæ, fidem Christi ad Transalpinos Saxones, Danos, & Sueones propagavit. Anno Christi 832. Episcopus Hamburgensis factus, Danos, & Sueones in fide confirmavit, ac subinde plures convertit, & Regem Danorum Ericum fecit Christianum. In Sveicia ab Olaorege susceptus, in Byrca Ecclesiæ erexit. Ericum junioerata idola instaurantem, & Christianos persecutentem convertit: Nordalbingos Christianos vendentes, Frisios die dominico laborare consuetos corripit. Crantz. libro 1. Metrop. cap. 42.

UNNO, Hamburgensis Episcopus, impetrante Comado ad Danos profectus, regem Guomomonem crudelissimum convertere non potuit. Filium tamen ejus Haraldum Christo lu-cratus est, qui à liberam ipsi prædicandi, Danisque fidem Christianam recipiendi potestatem dedit. Hujus prædicatione inun-nit Unno, omnes Danorum insulas pervagatus; verbum Dei evangelizavit: & quos fideles captivos illic offendit, in fide corrobavit. Constitutus in Dania rebus Ecclesiæ, ordi-natisq; sacerdotibus, apud Haraldum, ne suo eos patrocinio unquam deferret, multis precibus, & monitionibus instabat. Tandem mare Balticum itaiciens, ad portum primariæ regni Suetici urbis Byrca appulit, ibique plurimos fideles Christo reddidit. Helmoldus lib. 1. cap. 8.

Clericus quidam Poppo nomine, in convivio cum Danis disputabat de cultu veri Dei, quod nimirum unus esset Deus verus in essentia, trinus vero in personis. Dani contra asserabant, Christum quidem esse Deum: suos tamen deos, & potentia, & antiquitate ipsum antecellere. Res tandem ad Haraldum regem defertur, ut is litera eorum dicat. Poppo gestatione eandem ferri fidei fidem probare jubetur. Quo in conspectu ingentis multitudinis illius præstitit. Quo miraculo Rex ipse, ac infinita Danorum multitudo mota, relicta suis idolis, Christianam fidem amplectuntur. Poppo vero Pontifex ab Adalago Bremensi consecratur. *Richardus Sigebertus, ad Saxo Grammaticus*: qui temporibus Suenonis, Haraldis successoris, hæc accidisse scribit. Cum jam ob celeritatem prioris miraculi, ad Episcopatum Slevecensem evectus esset Poppo, iterum ad Danos excurrit, ibique deniq; suam fidem novo quodam miraculo probare coactus fuit: veste cerea copiosa prius illa indutus, in medio populi circa eam incendit: ipse vero nullum se ignis calorem sentire testatus est, licet ipsa vestis corpori circumdata in favillas redacta esset. Quo miraculo multa millia ex Danis Christo se addixerunt, & Poppo nomen in hunc usque diem apud eos celebre habetur. Crantz. cap. 22. Metrop.

Obingarus Albus, natione Danus, illustri familia natus, vir doctrina, & sanctitate insignis, Ripensis Episcopus, patrimonium amplissimum necessariis Ecclesiæ usibus erogavit, pauperibus liberalissimè agros distribuit. Finoniam, Sueoniam, Scandiam, Selandiam, prædicatione verbi divini illustravit. Saxo Gram. lib. 10. Hif. Danicæ Crantz. in Metrop. cap. 38.

REGINALDUS comes à Dillingen, primus apud Augustanos ad S. Ulricum Monachorum Abbas, à Clero spiritian. an. 1032. ad munus Episcopale accitus, singulis diebus dominicis communissimè sibi gregem divino verbo erudit, an. 1039. rebus humanis exemptus est. *Conradus*.

Ab Alberto Hamburgensis Episcopo ad Megapolentis missus Joannes Monachus Scotus, vivo Godofcalco principe, qui Christo jam nomen dederat, non exiguum lucratus est plebe-

plebeculam verbi divini prædicatione. A Sclavis autem ad vitam religionem relabentibus miseranda morte interit. Fustibus enim excus, omniumque ludibrio, in Sclavorum vicis circumductus, expostus fuit. Tandem manibus, pedibusque truncatus: caput vero resectum, & conto affixum, suo idolo Radagasto barbati immolatum. Corpus in plateis omnium pedibus calcandum expostum fuit, in metropoli Sclavorum Redthe anno Sal. 1066. Helmoldus cap. 27.

Nobilis genere in Thuringia natus Vigbertus capellanus Henrici II. Episcopus Mesburgensis, vir doctus, & eloquens, non modò Germanicè, sed etiam Vandalicè Evangelium docuit: ac ut à Zutriberi cultu revocaret Zorabos, lucum quemdam ei idolo destinatum exiecit, & in tantam redegit plantitiam, ut nullum ejus vestigium nunc accolis apparcat, extructo eo in loco S. Romani facello, Mortuus est, anno 1022.

Ortho Bambergenis Episcopus sub Henrico IV. Imp. Pomeranus cum principe Vencelao ad fidem convertit. Unde vulgò Pomeranorum Apostolus dicitur. Cum Stetini prædicaret, idololatriæ sacerdos ad eum locum accessit, in quo concionem habebat in foro, & plurimos, qui in eo cetero erant adhuc paganos, hætas gerentes hortabatur, ut ipsum interficerent. Illi impetum jamjam facturi in Episcopum obrigescunt tanquam statue. Ille incolatus evasit, & oratione impetravit, ut restituerentur fanitati pristinæ. Cum nucem arborem mitæ pulchritudinis, quam idolo dscatam Stetini venerantur incolæ, juberet succidi, molestè hoc tulit is, in cujus agno crescebat, atque à tergo accedens, securi bellica, quam manu gerebat, caput Episcopi atterere conabatur. Verum aberrans, trabem pontis, ad quem stetit Episcopus, tetigit tanta vi, ut trahere eum inde non posset. Eum reliqua multitudo trucidasset, nisi precibus Episcopi fuisset liberatus.

VICELINUS Mindensis, paupere loco ortus, suo seculo doctissimus, Holstæos ad fidem Christi convertit, lucos eorum succidit: per annos fere xxx. tandem Aldeburgensis Episcopus creatur. Obiit anno Sal. 1154. Helmoldus.

DISCIPULI PHILOSOPHIE DIVINÆ

QUI, à QUIBUS VEL TOTAM, vel Partem didicere.

THEOLOGIE VERÆ

DISCIPULI AB UNIVERSO.

S. Paulus dicit invisibilia Dei, hoc est attributa ipsius spiritualia, ut v.g. esse æternum immensum, omniscium, & virtutem ejus, id est potentiam, per quam omnium esse causa; ac divinitatem, hoc est, majestatem illius à creatura mundi, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspici. ad Rom. 1. Unde consequitur luminis naturalis cognosco Deum esse unum, & habere providentiam etiam cujusque hominis in particulari. Gentiles jam olim docuerunt mundum esse librum divinitatis, & velut speculum, in quo Deus seipsum quasi Apelles aliquis depinxit.

Atque in hoc libro studere consueverant Antonius, & plerique Eremitarum, Francisci, Bernardus, Augustinus, qui l. 1. Confes. dicit, Cœlum & Terra clamant, Domine, ut amem te. Hunc inspiciebant, & re volebant olim Plato, Socrates, Aristoteles, alique Philosophi. Inter quos Orpheus, Mundi, ait, machina est musica, & admirabilis consonantia prædicans, & laudans Deum. Estque ea musica cœlorum, quam Pythagoras prædicabat, & de qua David Ps. Cæli enarrant gloriam Dei.

* *Ps. 104. Deum, in duplici templo, mundum vocat templum Dei, cujus sacrarium sit cœlum in tota eorum natura præstantissimum, & donaria vero sint sidera; sacerdotes, & aditu potestates Angelicæ, &c.*

* D. etiam Prosper. l. 2. de vocat. Gen. 1. 1. Quod est, inquit, testimonium, quod semper Domino deservit, & nunquam de ejus doctrina, & sanctitate contumit; nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulchritudo, & ordinata largitio; per quam humanis cordibus quædam legis æternæ tabula præbentur, ut in paginis elementorum, & voluminibus temporum, communis, & publica divine institutionis doctrina legeretur.

* Et quidem ad Gentiles, quod attingit, inexcusabiles Apostolus pronuntiat, quia cum cognovissent Deum; non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: nempe pro mundi fabrica, & rerum omnium ad usum illius conservatione, & productione: sed evanuerunt in cogitationibus, & sensibus, id est disquisitionibus suis, quas ex creaturis fecerant de Creatore, desectentes ad idola, vero Deo relicto, &c.

Vide Chrys. hom. 9. ad Pop. pulchre de hac re differentem: Best. in initio Parab. Salam. Bern. l. 5. de confid.

Manili versus primo libro expositi lectu sint digni, de divina providentia, mundum gubernante:

Ac mihi tam præfens ratio non ulla videtur, non quæ Quæ patet mundum divino nomine verti. Atque ipsum esse Deum, nec forte casso magistra. Ut voluit credi, qui primus moenia mundi Semibus struxit minimis, inque illa resolvit Equis, & maria, & terras, & sidera cœli, & ætheraque immenso fabricantur finibus orbis, Solventemque alios, constare, & cuncta reverti In sua principia, & rerum mutare figuras. Quis credat tantas operum sine Numine moles Ex minimis, & cœoque creatum federe mundum? Si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernet. At cur dispositis vicibus consurgere signa, & quæ Et velut imperio præscriptos reddere cursus Cernimus, ac nullis prosperantibus illa relinquæ? Cur eadem æstivas exornant sidera nobiles, Semper, & hybernas eadem, certantque figuræ? Quisquæ dies reddit mundo, certantque relinquæ?

METEORIS.

HORATIUS in Epicureorum impietatem lapsus, tonitru horrendo ad sanioerum mentem se rediisse, ut Dei providentia omnia administrari putaret, lib. 1. Ode 34. ex professo testatur.

Parcus deorum cultor, & infrequens, Insanientis dum sapientiæ Consultus erro: nunc retrosum Vela dare; atque iterare cursus Cogor relitios. Namque Diespiter Igni consco nubila dividens, Plerumque per purum tonantes Egit equos, volucremque currum. Quo eruta tellus, & vaga flumina, Quo Styx, & invisi horrida Tenari, Seder, Atlanteisque finis Concucitur.

* INANIMATIS.

NICOLAUS Cusanus Cardinalis in summis montibus stagnum vidit; in ejus medio scaturigo aque limpidissima appareret e fonte imo oculis non apparente, sed qui intellectu solo comprehenderetur, promanantis: nec dubitavit eò symbolo uti ad Sanctissimam Trinitatis mysterium indicandum contra Mahometanos. Stagnum à scaturigine, à fonte scaturigo differt, tria sunt, & unum sunt.

S. AUGUSTINUS Hippone circa litus maris obambulans, Trinitatis incomprehensibilitatem cognovit, dum puerum cochleari totum mare in exiguum serobem exhaurire velle conspexit. Siquidem infantem intuitus, cum irrito labore eum id conari blando sermone diceret, oculus ille. Effatum casto labore enteris SS. Trinitatis altitudinem ingenii tui termino circumscribere. *Vide hist. prolixius in loco de SS. Trinit.*

* STIRPIBUS.

CHRISTUS à rerum terrenarum anxia sollicitudine ad benignitatis divinæ fiduciam nos exhortans; Considerate, ait, lilia agri, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Dico vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est sic uti, num ex istis. *Matth. 6.*

Narratur in vita S. Francisci, quomodò Egidius illius comes individuus quendam de virginitate Deiparæ post partum dubitantem instruxerit, baculo, quem manu tenebat, terendo in terra infixio, & qualibet vice candens lili fruticem edenddo. Siquidem miraculo atomitus omnem deinceps ambigui sensus repugnantiam deposuit.

HORATIUS l. 1. Ode 22. scribit Fulco amico, bonum virum numinis providentia ubique tutum esse, vel suo exemplo. *Namque me sylva lupus in Sabina, Dum meam canto Lalagen, & ultra Terminum curis vagor expeditus, Fugit inermem.*

ELIEZES, Turca, juvenis admodum singulari certamine cum Biteze Tannonio congressus, ejusque se temeritatis causam ab Amurathe rogatus, providentiæ divinæ hominum vitam gubernantis documentum à lepore se accepisse dixit: In Asia, enim (ajebat) puer adhuc leporem in suo cubantem nido offendens, XL. sagittis percutit conficere non potuit: ultimarum stridore expertus aufugit, cum fatalis ejus vitæ terminus nondum

dum sedit. Proinde, & ego me nec armis superari, nec arma evadere, nisi volente fato, persuasum habens, audacter cum Pannonio manus contuli. Calceodasias lib. 7. de rebus Turcicis.

HOMINIBUS, QUI EX PROFESSO NON DOCENT. UT A POETIS.

P. PAPINIUS STATIUS, poeta insignis sub Domitiano, Virgilii elegia sexta à Sybillinis deprompta, in qua de virginis partu mystica quaedam profert:

Jam redit & Virgo, redeunt Saturnia regna, Jam nova progenies cælo dimittitur alto.

Ad Christianissimum conversus narratur à Dante Aligerio, Gyrtardus de Historia poetarum. Iisdem versibus Secundianus Trogus præfectus Decii, Verianus pictor, & Marcellianus orator conversi traduntur. Vincentius l. 1. cap. 50.

MARTYRIBUS. Consule Titulum Martyrum.

JUSTINUS Philosophus constantia martyrum Christianorum ad fidem conversus perhibetur.

SCELERATIS.

CHORUS Argivarum Theſcoſupplicantium, postquam audivit luisse pœnas suæ tyrannidis Thebanos, impios, & sceleratos etiam in mortuos, apud Eurip. in Supplicibus sic inquit:

Νῦν τῶ δ' ἄδραστον ἡμῶν ἰδὸς ἔσθ, δὲς ποίησ', ἢ δὸς τὰς συμφορὰς, ἔχον ἰδῶστον, τῶνδ' ἰσχυρῶν δίκην.

Nunc hanc insperatam diem cum videro, Deos existimo esse, & videor mihi calamitates levius ferre, cum ii dederint supplicium.

HOMINIBUS, QUI EX PROFESSO DOCENT.

Consule Tit. Doctorum divinæ Philosophiæ, Item Tit. Conversorum ad Religionem.

Apollinaris Petri discipulus, Ravennæ martyrio obiit, anno I. Vespasiani.

C. MARIUS Victorinus nobilis rhetor sub Constantio, cui statua Romæ in foro Trajani posita est, anno Christi 360. ad fidem in extrema senectute conversus, scripsit contra Arianos, & multa alia.

ANGELIS, SPIRITU DEI.

Vide Tit. Revelationem, Item, Genesim.

DEMONIIS.

Exempla aliquot ex Tit. Conversorum petantur, quatenus occasione demonum convertuntur.

THEOLOGIE PER REVELATIONEM TRADITE PROFESSORES.

Vide paulo ante Scientie divinæ preceptores, &c. Item Tit. Prophetarum, Apostolorum, Evangelistarum, Interpretum S. Bibliorum.

JUDEORUM.

Triplici calle Hebræorum doctrina incedit: quippe, aut ad Talmudicos recurrunt, aut ad Philosophos, aut ad Cabalistas. Talmudica hæresis initia ducere animadvertitur non vetusta admodum, ut quæ annis paulo minus ducentis post Christum ab Hebræis adversum Christianos consarcinata deprehendatur. Qui vero Philosophicis rationibus Bibliæ arcana explicare adorti sunt, principè inter eos Ægyptio Moyse, Avernois tempora non præcedunt: à cuius interitu aguntur plus minus D anni trecenti, ac triginta. Tertia superest Cabala, omnium vetustissima, & verax in primis, quando ab optimo maximo Deo Moyli insinuatam, constans opinio est: alius mox ipsum Moysem idoneis maxime patefecisse. Initio siquidem in monte accepisse legem duplicem, litteralem, spiritualemque. Priorem ex Dei mandato conscripsit, eamque populo esse impartitum: alteram verò minime, sed sapientibus modo septuaginta numero communicasse. Aliquibus postea cæteris, ad id item deminatis, voce tantum sic tradita. Unde & Cabalæ nomen extortum, quod gentis illius vocabulo receptionem signat: quia per successionem gradus, citrà literarum omnino monumenta ulla, servaretur incolumnis. Cælius l. 10. c. 1. A. L.

Anno à templi secundi incendio 120. Rabbi Judas Simeonis filius, quem ob doctrinam, probitatique excellentiam sanctum vocant, totius Judaicæ sapientum Synodi decreto, legis Prophetarumque explanationes, à scripta omnia, quæ cæteri doctores, tam antè, quam post Christi adventum extenuis scripserant in unum complexus est volumem, quod Misna, id est, iteratam lectionem nuncupavit secundam legem, continentem

traditiones Pharizæorum, quam Justinianus δωδεκάβιβλος vocat, de Hebr. constitutione, c. 46. eamque interdicit.

Anno vero ab ejusdem templi vastatione circiter 300. R. Johanan assumptis sibi collegis Rabbi Samuele, ipsum Misna, & quæcunque alia scripta habere potuit, in unum colligens, Talmud Hierosolymitanum conscribit.

Anno denique 146. R. Aste, unâ cum Rabbinâ, omnes superiorum Scripturas in unum redigens, ipsum quo nunc tota Judæorum regitur Synagoga Babylonium Talmud contextit sic dictum, quod à Rabbis, qui Babylone convenerant, collectum fuerit: quem tamen, morte præventus, perficere non potuit, Mor autem ejus filius, unâ cum Maremar, operi complementum dedit. Est autem Talmud, idem quod doctrina, siue disciplinatio, commentaria priora omnia, ac statuta, & quædam temporum historias complectens: opus tam divino, ac naturalium, quàm politicarum, & regali sapientia plenum.

Anno ante Christi natalem circiter secundo, & quadragesimo Jonathas Uzielis filius, Hilleliscus auditor, atque Simeonis Justii, qui Christum infantulum suscepit in brachiis, condiscipulus, totum vetus testamentum in Chaldaicam veritatem linguam: ita sensum è sensu traducens, & obscurissima queque exponens vocabula, ut quæcumque de Messia dubia, & latenter scripta erant, certa atque clarissima reddiderit: adeo ut ejus editio, non tam interpretatio quàm Glossa, atque expositio videatur: quam Hebræi Targum, id est translationem nuncupant, tantæque est apud Judæos auctoritatis, ut non solum ei nemo contumaciter audeat, sed non minus quoque fidei, quam ipsi textui passim omnes eidem adhibent, tum ob viri sanctitatem, ac peritiam, tum maxime ob ipsius interpretationis veritatem. Ideo quoque utcumque aliquod ambiguum in textu Bibliorum inveniunt, semper ad illam translationem recurrunt. Unde de eodem Jonatha (ut in Bava Bathra legitur) dixerunt magistri, quod in hora, qua eadem expositioni vacabat, si musca, aut quodcumque volatile super eum, vel chartam volasset, illico absque ulla ejus chartæ læsione cælitus excrebatur.

RABBI MOYSES Ægyptius ad differentiam aliorum Ben Maymon, filius Maymonis, brevitate causa Rambaro dictus scripsit 13. fidei articulos, & directorum Theologiæ, etiam Latine versum. Cuius scripta tantum faciunt Judæi, ut à Moyse temporibus nullum alium Moysem, hoc excepto Moyse, suis se proverbio dicentem.

Atque omnium veterum scriptorum Dexi, & antesignanus est Moyse, à magno illo, & incomprehensibili opere Creationis auspiciis historiam suam, quam Genesim, aliusque vocibus appellant Hebræorum more, sic ut ex appellatione argumentum libri, & materia colligatur. Quatenus autem vir fuerit Moyse, docent ea, quæ passim in Scriptura de illo leguntur. Neque enim surrexit ultra Propheta in Israel sicut ille, qui Dominum nosset facie ad faciem, ut legitur Deut. cap. 34.

De Prophetis Videatur locus proprius illorum.

CHRISTIANORUM.

De Christo, ejusque Apostolis, & aliis nonnullis, quos hi in partem sollicitudinis assumpserunt, quorum cum scriptis, tum maxime prædicatione Evangelicæ lucis radius longè, latèque se diffudit, diximus nonnulla Titulo superiori, & jam dictis addimus sequentes.

CLEMENS Alexandrinus catechistes, discipulus Pantani fuit, & successor. Plurima scripsit, & Christiana Ethnica miscuit dogmatibus in libro Stromatum. In multis tamen non rectè sensit. Origenem ejus discipulum, & successorem quidam faciunt. Sub Severo, & Caracalla floruit.

JUSTINUS martyr, & Philosophus, ex Neapoli urbe Palæstina patre Prisco Bacchio, in omni genere Philosophiæ exercitissimus, ad Christum conversus, eò quod Christianorum in confidenda fide sua constantiam animadvertibat insuper quoque senis cujusdam colloquio (quem postea amplius non vidit) instructus fuerat. Romam venit, & ibi literas professus est. Antonino Pio Apologiam accuratam pro Christianis obtulit, eaque impetravit, ut Imperator Asianis scriberet, ne Christianos, nisi de maleficio convictos, punirent. Cum Crescente Philosopho, homine impio, & Christianis valde molesto, disputavit. Plurima scripsit. In Chiliastrum tamen errore fuit. Passus est Romæ anno 7. Marci Antonini Veri, Crescentis circumventus sycophantiis.

THEODORUS Neocæsariensis Episcopus, Origenis discipulus,

lus, postea Gregorius dictus, & Magnus appellatus, siue Ananias, propter frequentia miracula, quibus Gentiles convertebat.

ANATOLIUS Alexandrinus, Episcopus Laodicenus, anno Domini cclxxx. sub Probo, & Caro Imp. vir in omni disciplinarum genere exercitissimus. Plurima scripsit in sacris, & profanis.

HERACLIUS ab Origene conversus, & ab eo hypodidascalus Alexandria constitutus: tandem Demetrio defuncto sub Gordiano, Episcopatum Alexandria suscepit, ordine duodecimo. Celeberrimus doctrina, & auctoritate fuit. Præfuit annis sexdecim.

DIONYSIUS Alexandrinus, Heraclæ in Episcopatu successit, anno Christi 251. Philippi 3. Plurima scripsit. Plurima pertulit sub Decio, & Valeriani persecutionibus. Tandem ab exilio reversus Alexandria, obiit intra Synodos contra Samosatenum, anno Gallieni 12. Christi 288. cum annos 17. Ecclesiæ præfuisset.

SEPTIMIUS Florens Tertullianus Carthaginensis, natus patre Centurione proconsulari, in omni genere philosophiæ excelluit. Cyprianum cum Latinarum scriptorum principem appellare non veretur. Ad fidem Christi conversus, Romanam petiit, & ibidam usque ætatem presbyter mansit. Contra Montanum scripsit. Floruit sub L. Severo patre, & Caracalla filio. Vixit usque ad decrepitam ætatem. Cyprianus ejus ingenium laudat, hæresim damnat, & ex illius libris bona excerptæ jubet, contraria vitare præcipit.

CÆCILIUS Cyprianus (qui Stateticum, & Thascit nomen habuit) Carthaginensis, rhetor, & Magus fuit, antequam converteretur. Conversatione Cæcili presbyteri (cuius postea nomen sumpsit) conversus fuit, omnia bona pauperibus distribuit, postea presbyter, tandem Episcopus Carthaginensis. In lectione Terullianii assiduus fuit, ita ut eum Magistrum vocaret. Multa scripsit, contra hæreticos acriter pugnavit. Bis exul, semel voluntariè populi tumultum fugiens: iterum profcriptus sub Gallieno, & Valeriano: tandem à Gallieno Maximo Africa Procon. gladio cæsus, Romæ sedente Sixto anno Domini 259. Gallo ac Volusiano Imperator.

ORIGENES Adamantius, Ægyptius, in Alexandria educatus, patre Leonide natus, circa annum Domini 289. Commodi 7. Præceptores habuit, Clementem Alexandrinum, & Ammonium philosophum Christianum. Cum pater martyrium passus esset, bonis in fidei redactis, orphanus cum matre, & quæque puerulis suis restituit. Alexandriæ à divite femina, quæ ejus indolem admirabatur, sustentatur. Eunuchum se castitatis ergo fecit. In philosophicis disciplinis plurimum operæ posuit contra hæreticos. Anno ætatis decimo octavo grammaticam docuit, admixtis subinde pietatis elementis. Mox à Demetrio Episcopo catechistes constituitur. Ducent Arabum cum tota gente hoc effugiantem convertit. Orta deinde seditione Alexandria, Cæsariam venit: revocatus tandem à Demetrio Alexandriam, Helio-gabalo cum Alexander Severus successisset, mater ejus Mamma Origenem ad se vocavit. Cum ea aliquandiu versatus, Alexandriam ad scholam rediit, & scribere commentarios in Sacram Scripturam cepit: sumpsis libenter suppeditante Ambrosio, quem ab hæresi Valentini, & Marconis Origenes converterat. Mox in Achnajam ad sedandas hæreses missus, in itinere ab Alexandro Hierosolymorum, & Theodotio Cæsariensis Episcopi Cæsariæ in presbyterum ordinatus est. Quam rem cum Demetrio Episcopo Alexandrinus invidia morosus agrè ferret, Origenes Cæsariæ substitit, & ibi multos discipulos viros erudit. Philippum Imperatorem, qui Gordiano successerat, & Severam conjugem anno 70. ætatis scriptis suis convertit: actum demum scripta sua à notariis publicè excipii passus est. Bis in Arabiam contra hæreticos profectus est. Hæreticos multos & ipse navos, ita ut Hier. in epist. ad Pammachium, & Oceanum, cum Arii fontem appellaret, quia duos Christos prædicaret. Quamvis Rufinus cum excusare tentet, quod à calumniatoribus ejus inserti sint, & ab Ambrosio prius editi, quàm ab eo in extrema ætate corrigi potuerint. Plurima passus est tormenta, carceres, vincula. Suidas, & Niceph. libro 5. cap. 32. afferunt, in persecutione sub Decio ductum esse ad aram, ad quam impurissimum simul Æchiops constitutus esset: optionemque ei datam ut, aut sacrificaret, aut corpus suum Æthiopi contaminandum præberet: tunc Origenem sacrificare potius, quàm castitatem amittere maluisse. Pro qua impietate ab Ecclesia postea excommunicatus, Alexandria relicta, in

Judaam venit, poenitentia, & lacrymarum plenus, ac penè desperans. Obiit sub Gallo Imperatore, anno Domini 255. aut circiter ætatis suæ sexagesimo nono, in summa miseria, annis ante Hieronymi ætatem 150. Sepultus Tyti.

CYRILLUS, Episcopus Hierosolymitanus, per calumniam ab Acacio (quod cum eo Ariana sententia consentire nollet) apud Constantium accusatus, quod in maxima fame, Ecclesiæ ornamenta vendendo, ut pauperibus succurreret, inter cætera etiam vestem sacerdotalem pretiosam vendidisset: quam deinde à mercatore mulier scemica redemerat, eamque inter saltandum is, qui eam Ecclesiæ contulerat, agnoverat: in exilium pellicur, in quo usque ad Theodosium mansit, sub quo restitutus est. Multa scripsit, quæ Cyrilla in Ecclesia dicta fuisse, Nicephorus ait. Sozomenus cum Homousianos secutum asserit, & cum Arianis sapè conflictasse. Rufinus tamen eum in confessione variasse, & Macedonia num fuisse, sed ante Synodum Constantinopolitanam Homousion amplexum scribit.

DIONORIUS, primum monachus, sub persecutione Valentis Antiochiam venit: & cum Flaviano conjunctus orthodoxam doctrinam promovit, & sustinuit: non quidem concionando, sed ipsos concionatores instruendo, & arguenda suppeditando. Valente mortuo, cum sub Gratiano Meletius Antiochiam rediisset, Diodorum Ecclesiæ Tarsensis Concilii præfuit. Plurima scripsit, quantum suo tempore memore.

EUSEBIUS Cæsariensis Episcopus in construenda bibliotheca Cæsariensi diligens fuit. Hieronymus eum infinita volumina scripsisse tradit. A Synodo quadam Antiochie Episcopus, deposito Eustathio, fuit constitutus: sed modestè recusat. Constantino Magno familiaris fuit. Ante concilium Nicænum (cui interfuit) Arius fuit, & Ariane quædam scripsit in libro de Præp. Evang. Postea tamen veritatem constantissime amplexus est. Mortuus est anno Christi 342. cum à Constantino juniore Athanasius ab exilio Treverensi Alexandriam revocaretur. Tanta ei cum Pamphilo presbytero intercessit familiaritas, ut Pamphili cognomen sibi sumpserit.

GREGORIUS Nazianzi natus (quod oppidum vicinum est Cæsariæ Cappadociæ) patre Gregorio Cæsariæ eloquentie operam dedit. Alexandriam inde peregrinatus est: Mox Athenas, ubi cum Basilio, qui Constantinopoli eo profectus erat, amicitiam junxit. Reversus inde in patriam, baptizatus est. Mox presbyter vel invitatus factus, non diu post in Pontum ad Basilium abiit, & cum eo in communibus studiis per 13. annos vixit. Domi interim Cæsarius frater mortuus, Pater nonagenarius Gregorium domum revocat: & quia metu Arianorum sub Constantio, pater, fidei Arianorum subscripserat, Gregorii precibus resipuit, & Ecclesiæ restitutus est. Inde cum Valentis Persecutio cepisset, Eusebius Episcopus Cæsariensis Gregorium in Pontum ad Basilium misit presbyterum suum, cum quo simulatas quædam intercedebant, ut in tanta Ecclesiæ perturbatione privata odia deponebant. Persuasit ergo Basilio Gregorius, ut Cæsariam reverteretur: ubi communi opera contra Arianos decertarunt. Postea cum in Eusebii mortui locum Basilius substitutus esset, Gregorium Episcopum Sasinomorum constituit. Mortuo patre centenario, & matre, privatus, atque volens Nazianzi vixit. Ecclesiæ gubernationem respiciens. Tandem divinitus Constantinopolim vocatus, in parvo quodam templo, cui Anastasia nomen erat (reliqua loca Arianis occupant) docuit, contra Arianos, & Apollinarem Syrum. Ex quibus certaminibus nobilitatus, à Petro Episcopo Alexandrino, Episcopatu Constantinopolitano dignus est judicatus: à Maximo tamen Cynico impeditus, quem ipse converterat: tandem in synodo Constantinopolitana 150. Episcoporum electus, & à Meletio confirmatus est; anno altero Gratiani, & Theodosii, Christi 383. Verum quia Ægyptii, & Macedones tardius advenissent, neque electionem ratam habere vellent, Gregorius spontè se Episcopatu abdicavit, & in prædium Arianorum hæreticarium solitarius concedens, patriam ab Apollinariis infestam purgavit. Plurima scripsit contra Arianos, Apollinariistas, Eusebianos acerrime disputavit. Vixit cœlebs per omnem vitam. Obiit nonagenario non inferior, anno Domini 384. post mortem Basilii altero D. Hieron. magister fuit, Episcopus in Ponto.

EPHREM Nisibensis patria, à puero in eremo fuit educatus, eruditus, & eloquens, cui ab angelo volumem traditum esse ajunt. Ex eremo protractus, diaconus primum Ecclesiæ Edessæna

Edeffense factus est, postea presbyter à Basilio Casariensi le-
ctus. Multa adeo scripsit, ut Commentatoris nomen meruerit. Oblatum Episcopatum simulatione insaniz respuit. Obiit anno Christi 380.

Gregorius Nyfenus, Episcopus in Ponto, frater germanus Magni Basilii, natu major, & postea Patriarcha Ecclesiarum per Oram Casariensem à synodo Constantinopolitana constitutus est. Contra Arianos, & Eunomianos cum Nazianzeno, & Basilio acerrime pugnavit. Celebs vixit, ut, & Petrus, & Basilius fratres, obiit posterior aliquantum Basilio.

Basilius Magnus, Casariensis Episcopus, Gregorii Nyfeni, & Petri Schafz Episcoporum frater, patre Basilio ex Eliepponto, Ponti oppido, matre Eumele ex Cappadocia. Avus ejus in persecutione sub Maximino cum suis in montis specu in septennium latuit, tandem martyrium passus. Pater communis fuit virtutis præceptor in Ponto, eruditionis simul, & religionis, nutrix fuit Macrina, Gregorii Neocæsariensis Episcopi discipula, à qua in pietate Christiana à tenetereuditus fuit. Missus est deinde Casarem Cappadociaz.

B eloquentiz, & Philosophiaz causa. Post Constantinopolim tandem Athenas, ubi Nazianzeni amicitiam contraxit. Antiochie quoque Libanio sophista operam dedit. Athenas reversus, Nazianzeno demum se conjunxit. Inde varias peregrinationes suscepit ad Ecclesias, ut in fide melius instrueretur Casarem veniens, per omnes ordines usque ad presbyterium ascendit. Verum ubi calumniis quorundam Eusebii Episcopus Casariensis inimicus illi factus est: cessit Basilius in Pontum. Sed cum Valens Arianus Catholicos infestaretur, Nazianzenus ad Basilius orator missus ab Eusebio, exorator rediit. Itaque Basilius parit, & Casarem reversus, cum Eusebio in gratiam rediit: & in dimicatione contra Arianos, adjuncto sibi Nazianzeno, strenuam navavit operam: Eusebio deinde decedente, in ejus locum Episcopus constituitur, post Valentis mortem, anno Domini 380. ut quasi scintilla fidei solus inter Arianos remanserit: docendi assiduitate, & studiosa humanitate constantia, & misericordia maxime insignis: Varia à Valente, & Ariani pericula sustinuit sed infatigabili, fluctus maximos discuffit. Sæpe in exilium eum eiecit Valens voluit, sed omnibus gravibus semper fuit detertus. Athanasius cum gloriam Ecclesiaz, Nazianzenus orbis oculum vocavit. Exspiravit suavit, posteaquam sua voce ipse quemdam ex suis ministris fidelissimum successorem nominasset, & protulisset verba Propheta: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum, anno Christi 387. Valentiani 6.

Athanasius à moriente Alexandro substitutus, invictus Christi contra Arianos athleta, pari eruditione, & pietate multa scripsit: Diaconus cum Alexandro Episcopo sanè ad Nicænum venit Concilium. Celebs vixit. Cum Arius resipisceret libellum Constantino Magno exhibuisset, & Imp. cum Alexandriam ad presbyterium redire jussisset, Athanasius eum recipere noluit, quamvis itato Imperatore. Hinc data occasio Eusebianis, (qui Ario patrocinabantur) & Meletianis, variis calumniis Athanasio insidiandi, in Nicomedienfi primum, deinde in Tyria synodo: Tandem cum eum accusasset, quod impedire vellet, ne frumentum ex Alexandria Constantinopolim deberetur: Imperator in Gallias Treverim cum inaudita causa relegavit, quod Athanasius durius ei respondisset. Judicabit Dominus inter me, & te, quoniam etiam tu consentis calumniatoribus modestie mee. In exilium ergo missus est anno Christi 330. ubi biennium, & D quatuor menses exulavit. Revocatus à Constantino juniore, quia id pater moriens jussisset: cum Alexandriam redisset, Eusebiani cum apud Constantium tanquam seditionum accusant. Constantius integros exercitus contra eum armat. Syrianus dux quinque milibus Alexandria eum pellit. Ex quorum manibus divino auxilio in medio pfallentium creptus est. Nihil tutum erat ei in orbe, quamvis ad Julium Romanum Pontificem transfugisset, qui ejus causam fovebat. Constantius enim præmia etiam proposuerat, si quis vel vivum, vel saltem mortui caput attulisset: Latuit ergo apud Treverim in monasterio Sancti Joannis (postea D. Maximiani dictum) abbate Odiberto, per sexennium in puto tenebroso, & exsiccato, sive in crypta. Proditus tandem ad ancilla, Domini instinctu latebras mutavit, & portò ad Constantem fratrem Constantii fecerit. Apud quem tantum potuit, ut bellum fratri Constanti minaretur, nisi Athanasium reciperet. Inducto ergo Concilio Sardicensi, Athanasium innocentiam suam omnibus patefecit, & a

344. Episcopus absolutus est, & cum honore Alexandriam remissus cum summa populi læticia, anno Christi 348. Constantii octavo. Obtinuit tum Ecclesiam suam per quinquentium usque ad mortem Constantis; à Magnentio tyranno interfecti, anno imperii sui decimotertio, Christi 353. Cujus morte Constantius audacior factus, omnia revocavit: Alexandria Athanasium per Heraclium comitem expulsi. Georgium Cappadocensem sustulit in Episcopatu. Eulavie ergo per decennium, usque ad Juliani imperium. Sub quo rediit, anno Christi 365. Quamvis quidam referant eum toto decennio illo Alexandria apud sacram virginem delituisse: & nunciata Constantii morte, in templo Alexandria subito noctu præter omnium expectationem comparuisse. Sed à Juliano apostata idololatra iterum pulsus. Alexandria iterum latuit, usque ad mortem Juliani. Sub Joviniano opt. princeps restitutus est. Sed eo morte sublato, octavo imperii mense in Cilicia Valens Arianus, quamvis nihil ex professo contra Athanasium, & Aegyptios, machinaretur, Athanasius tamen præfectorum insidias metuens, mensibus quatuor in paterno latuit monumento. Cum autem eam obrem populus tumultuaretur, edicto Valens jussit, ut Athanasius liberè Ecclesias suas repeteret. Nec multò post Athanasius obiit placidiss. morte consulatu Gratiani secundo, & Probi, Anno Christi CCCXXVII. cum Episcopatum Alexandria gessisset annis quadraginta sex.

Didimus Alexandrinus, cæcus ex ophthalmia, cum puer grammaticam disceret. Vicit tamen oculorum cladem discendi studio, ita ut etiam geometriam, & mathesin (quæ artes oculis maxime indigent) didic. Alexandria scholæ præfuit. Græcè plurima scripsit, ita ut Hieronymus eum præceptorem agnoscere non erubescat: Origeni tamen nimium tribuisse videtur, Familiaris fuit Athanasio, & Antonio monacho. Vixit annis 90.

Arnoebus theor primùm Siczæ in Africa, & Christianorum summus hostis: tandem somnis monitus est, ut baptismum susciperet. Verum suspectus Christianis, non prius receptus fuit, quam libros contra gentes vehementi stylo in lucem edidisset. Floruit sub annum Christi 330. Hieronymus in Chronico. Contra hæreses etiam varias scripsit. Romæ aliquandiu docuit.

Lactantius, Firmii in Piceno Italiæ natus, Romæ Arnobium audivit, eumque eloquentia longè vicit: Vixit fuit Diocletiano, & Constantino. Quinimò à Diocletiano Nicomediam Bithyniaz vocatus est, ut rhetoricam profiteretur. Verum quia Latinam eloquentiam Græci non curabant, relicto docendi munere, ad scribendum se contulit. Senex in Gallia docuit, & magister fuit Crispi filii Constantini, quem pater ipse postea interfecit. Scripsit multa, & varia lætæ eloquentiæ flumine.

Optatus Afer, Episcopus Milevitanus, fuit Valentiniانو, & Valente principibus, multiplici eruditione, & pietate instructus scripsit contra Parmenianum Donatistam.

Epiphanius, in vicio Befanduce, & vicino Eleuthero-poli Palæstine, natus est. Puer in Agyptum ad monachos missus, ad annum usque 20. studiis operam dedit. Rediit inde in Palæstinam, monasterium construxit, & presbyter illic fuit, in eoque otio opus Panarium contra 80. hæreses scripsit, sub Valentiano, & Valente. Inde Salaminæ Cypri metropolis (quæ Constantia postea dicta est) Episcopus factus est multis præstanti virtutibus, & erga pauperes summe liberalis. Tanta apud omnes veneratione, ut ne Valens quidem Imperator Ariani ei nocere voluerit. H Quinque linguis contra Origenem disputavit: unde τριτά-γλωσσοτος dictus. Cum Constantinopolim navigasset, ut in gratiam Theophili Alexandrini Episcopi à Joanne Episcopo Constantinopolitano (quem Theophilus impense ode-rat) Origenes condemnaretur, domum rediens, in navi obiit.

Hilarius Gallus, ex Pictonum gente, eorumque Episcopus eloquentissimus, Orthodoxus, in exilium pulsus à Synodo Mediolanensi Arianorum contra Athanasium, in Thebaida Agypti, anno Christi cccx. Constantii vicesimo, sub Juliano rediit. Sexto tamen post anno moritur, postquam plurima scripsisset, anno Christi cccxxix. Valentiani, & Valentis quinto sub Damaso Pontifice Romano.

Amerostus in Gallia sub Constantii Imperio natus fuit, patre Symmacho, præfecto Galliz, Infanti in prætoris domo dormienti apes circa os viæ sunt oberrare, Patrem impu- bes

bos amisit. Inde cum matre, & sorore Marcellina Romam profectus, ibi studiis sese addixit: & tandem causas agere cepit. Mox à Probo prætoris præfecto consiliorum, & gubernationis socius fuit adiectus. Consulari postea dignitate insignitus, ad regendam Liguriam missus est à Probo, his verbis omittis: Vade, age non ut judex, sed ut Episcopus. Mortuo Auxentio Mediolanense Episcopo Ariano, Valentianus Episcopus alium, sed orthodoxum, substituere cogitabat, convocata Synodo. Populus intemum tumultuari cepit, quod alii Ariani, alii Orthodoxi intemum tumultuari cepit, quod alii Ariani, alii Orthodoxi præses continuo advolat, & populum placide mitigare studet: ejus eloquentiam, & gravitatem plebs admirata, uno ore conclamat, Ambrosium Episcopum se statuere. Negat ille strenuè. Imperator populi electionem confirmat. Ergo omnibus sacris Ordinibus assumptis, Ambrosius inauguratur, anno Christi cccxxxix. sub Damaso Papa. Plurima scripsit. Contra omnes ferè hæreses acriter pugnavit: etiam contra Iulianum Valentianis conjugem. Num Valentianum ex infidus interfecto, Ariana conjux filium suum juniorem Valentianum contra Ambrosium incitabat, ita ut armata etiam manu Ambrosium in templo obideret, & tandem in exilium mitteret. Post cum Maximus tyrannus Valentium juniorem ex Galliis expulisset, Ambrosius Maximum excommunicavit. Ob quod Aquilejam Ambrosius fugere coactus est. Sub Eugenio deinde tyranno, interfecto Valentiano, in Ethruriam abiit coactus fuit, cum Arbogastes dux Mediolanum venisset, & se templa in equorum stabula mutaturum astringeret. Restitutus postea Theodosium Imperatorem, eò quod Theostallonia orta seditione in teatro, immisiss militibus septem milia trucidari curasset, à communionem, & ingressu templi repulit: nec nisi post octo menses penitentiaz, supplicem atrocibus verbis increpatum suscepit. Augustinum à Manichæa hæresi liberavit. Basilio Casariensi familiaris fuit. Inimicus etiam tante auctoritatis, ut eum reprehendere non auderent, ne ipse quidem Pelagius. Præfuit Episcopatu annis 22. obiit anno Christi 460. Arcadii, & Honorii tertio, senex admodum. Diem mortis ita prævidit, ut & fratribus indicavit: distulit etiam enarrationem Psalmi 44. Deus auribus nostris audivimus: atque inter distandum conspecta est clypeus figura, quæ totæ dilabens, fulgorem in facie inusitatum præferebat, & ore hausta sit. Successorem sibi delegit senem bonum Simplicianum, & ab hora circiter 11. diei usque ad illam, qua emigravit, expansis oravit manibus, labia solium moriens.

Hieronymus Dalmata, ex Stridone oppido (à Gothis sub Constantino Magno, anno Christi 331. vastato) Patre Eusebio, Christiano quidem, fed tenuis fortunæ, natus: Fratrem habuit Paulinianum. Puer Roman missus, ubi baptismum suscepit, & Grammaticæ operam dedit sub Donato, quando Juliani Imperatoris Apostatæ interitus nunciatus fuit. Roma discedens, Galliam perstravit. Inde in patriam, & Romam rediit. Mox in Orientem, ubi cum omnia plena essent Ariani, satius ducens inter feras, quam inter homines vivere, in horridam sese inter Syros, & Agarenos solitudinem abdidit, cum Heliodoto comite: qui eum tamen postea reliquit. Post quatuor annos Romam ob Ecclesiaz utilitatem retractus est ab Epiphano Cypri, & Paulino Antiochie Episcopi, & illic Presbyteri dignitatem accepisse videtur. Venit tunc in familiaritatem Romanarum matronarum, Paula, Marcellæ, Sophroniæ, Principiæ, Eustochii, cum quibus per triennium vixit: variis interim Arianorum insidias impetuit, qui se falsò Origenistas nominabant: sparso etiam rumore, quod cum Paulam haberet. His de causis Roma relicta, Syriam repetiit cum comitibus Paula, fratre Pauliniano, & Vincentio Presbytero: ac Bethlehem venit. In curus consilio, cum Paula tria extruxisset virginum Monasteria, viatorum unum: Hieronymus viris, Paula virginibus presuit. Magas ibi Arianorum passus est insidias: & cum Joanne Hierosolymitano inimicitias exercuit, propter Arianismi suspitionem: cum Joannes id reprehenderet, quod Paulinianum fratrem, annos vix triginta natum, Presbyterum ordinasset. Scripsit ibi plura, & Latinos omnes Theologos superavit. Origen propter Arij odium inimicus fuit: adeo ut in ejus condemnationem universum orbem incitavit. Russinum quoque Aquilejensem (cum quo à pueritia amicè vixerat) eandem ob causam gravissimè infestatus est, quod nimium Origeni tribueret. Pari quoque ra-

tionem Joannem Episcopum Hierosolymitarum reprehendit. Quinquaginta annorum spatio libros suos composuit: mortuus ann. ætatis 91. Honorii, & Theodosii Imp. duodecimo Christi 422. pridie Calendas Octobris.

Helychius, Gregorii Nazianzeni discipulus, vite Monastice propter privata studia se dedit. Inde Presbyter Hierosolymorum factus, in vetus, & novum Testamentum commentaria doctissima edidit. Claruit anno Christi 400. sub Arcadio, & Honorio Imp. aliis post Theodosium juniorem.

Theodoretus Syrus, Cyri urbis Episcopus (quem mater post decimum sextum sterilitatis annum à Deo precibus impetravit, Deoque sacrum fore vovit) ingenio excellentissimo præditus fuit, & Chryostomi in utraque philosophia discipulus. Episcopus factus est, circa annum Christi 424. Contra hæreses acriter pugnavit, adeo ut plus quam mille animas à Marcionis errore liberarit. Multa doctissime, & sanctissime scripsit. Post vigesimum sextum annum Episcopatus, à Synodo Ephesine altera Eutychariorum, ab Episcopatu dejectus est, sed postea restitutus. Cyrillum Alexandrinum in gratiam Joannis Antiocheni infestatus est: tandem tamen ei reconciliatus. Pauperem voluntariam professus est. Ab hæreticis multa passus. Ipse quietiam, cum in odium Cyrilli, Nestorio, & Eutychi favore videretur, in Calcedonenfem Synodum non prius fuit admisus, quam palam, & clarè Nestorio Eutychi anathema dixisset. Sub Leone seniore mortuus est, cum in Episcopatu annis amplius triginta vixisset.

Theodulus Italus, in Coelefryam abiens, illic primùm Presbyter, deinde Episcopus factus, circa annum Christi 480. multis scriptis innotuit carmine, & prosa.

Cyrillus Alexandrinus, Theophili Episcopi (qui summus Joan. Chryostomi Constantinopolitani hostis fuit) ex fratre nepos, ejusque in Episcopatu successor: vir eruditione, & virtute clariss. anno Christi 413. electus: plurima scripsit, à Chalcedonenfem primùm Concilio, deinde à Constantinopolitano, sub Justiniano approbata. Ad certamina natus videri potest. Novatianorum Ecclesias occulsi, Judæos Alexandria expulsi: quæ res magnas turbas excitavit. Iniquior fuit D. Joan. Chryostomo, propterea quod Theophilus patris inimicus fuisset: tandem tamen eum quoque demortuum in divorum Catalogum retulit. Nestorium ad Concilium Alexandrinum vocavit, & dampnavit. Verum quia absente Joanne Antiocheno Episcopo id egerat, Joannes cum postea infirmulatum de Arij, & Eunomii erroribus, excommunicavit. Sed tandem eum eo in gratiam rediit. In Episcopatu vixit annos triginta duos. Moriturus, condito testamento per sacra mysteria adjuravit, quicunque successor esset futurus, ut genus, ac cognationem suam fovaret, neque illi ullo pacto molestus esset.

Aurelius Augustinus matre Monica, patre Patricio in civitate Thagefensi natus, Christianus quidem, se mediocri fortuna. In pueritia à matre de Christo institutus est, sed baptismum dilatus: A pueris ludum frequentavit, præceptore Manlio Theodoro: Latinas literas amavit, Madaurum concessit eloquentiaz gratia, inde Cartaginem. Idem vigesimo anno ætatis Ciceronis Hortensium legens, ad philosophiaz studia excitatus est. Aristotelis categorias per se intellexit. Incidit in Manichæos, & usque ad trigensimum secundum annum in ea hæresi permansit, matre Monica Deum pro filii conversione sedulo orante. Reversus in patria, docuit Grammaticam: inde Carthagine Rhetoricam. Mox in Italiam transiit, Romæ quoque Rhetoricam professus est. Mediolanum inde accersit, sub Valentiano minore, Manichæorum opera promotus. Ab Ambrosio suscipitur benignè, ejusque conciones diligenter audit: non tam doctrinæ, quam eloquentiaz studio. Sensim tum à Manichæis desecit. Venit ea mater Monica, sperans filium ab Ambrosio conversum iri. Sensim inde veritatem spectare cepit; & cum Simpliciano re communicata, qui eum ad lectionem sacrarum literarum adhortabatur, in hortum cum Alipio secedens, lacrymarum plenus, animique dubius, audit ex proximo vocem incertam puerorum canentium: Tolle lege, tolle lege. Ac cum neminem videret, divinum admonitionem existimans, arrepto codice, incidit in locum Pauli: Non in comestationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudiciis, non in contentione, & emulatione: sed induite Dominum Iesum Christum, & carnis providentiam ne feceritis in concupiscentiis. His lætis, omnes dubitationis tenebræ ei sunt discuffæ: ac re cum Alipio communicata, statuerunt ad Christianam transire religionem.

Rt Post

Post dies viginti professione Rhetorices resignata, cum suis in villam Venerandi epus Mediolanensis profectus, lectioni facturarum literarum vacabat, & preparabat se ab baptismum, quem ad Pascha suscepit cum Alipio, & naturali filio Adeodato. natus annos triginta tres, post Maximi tyranni mortem. Domum inde in Africam rediit, & in agris suis vivit. Mox Hipponensis Ecclesie Presbyter, & in agris suis vivit. Tandem etiam eius coepiscopus. Eo mortuo, ad Episcopatum evectus est: quem sanctissimè & factis, & concionibus, & scriptis administravit. Contra hæreticos acerrimè disputavit: ut, contra Fortunatum Manichæum Hippone, cum Presbyter esset. Firmum metacorem Episcopum ad Manichæa infamia convertit. Item Felicem Manichæum post tertium congressum ad meliorem mentem redegit. Donatistarum secta multum ei negotii exhibuit. Collectatus est cum Pascenio Ariano Carthagine publice: item cum Maximo Gothorum Episcopo. Contra Priscillianistas, & Origenistas, contra Pelagianos perdecennium laboravit: item contra Judæos, & Ethnicos, absque nimia acerbitate. Cum mulieribus, ne cognatis quidem, propter suspicionem, non habitavit. Vestitu mundo, mensa frugali utebatur, & vino. Obstreccionem fugiebat. Urbe Hipponensi à Vandalis, Alanis, & Gothis ad tertium mensis obsessa, crebrò Deum precatus est, ut aut obfidionem, aut vitam solveret. In febriculam ergo incidens, Psalmos de penitentia & legebat ipse, & ab aliis legi curabat, orationibusque vacabat. Tandem præsentè Possidonio, & aliis, piè in Domino obdormivit, cum vixisset ann. 76. in Ecclesiastica functione 40.

JOANNES CHRYSOSTOMUS Antiochiæ in Cælesyria ad Orontem, patre Secundo, matre Anchusa, nobili familia natus, Libanio sophista, & Andragathio Philosopho præceptoribus usus, Paulò antè Libanii mortem Christianus factus est, conversus, & baptizatus cum suis parentibus à Meleto Episcopo Antiocheno. Itaque moriens Libanius conquestus est, Joannem à Christianis, ut prædam abatum, alioqui utiliter scholæ suæ præfici potuisset. Juri inde operam navavit. Sed mox mutato studio, Sacris literis totum se dedit, præceptoribus Diodoro, & Carterio item & Basilio Casariensi Episcopo. Zenon Gazzæ Episcopus Hierosolymis reversus, Antiochenæ Ecclesie cum lectorem constituit, postea à Meleto Diaconus factus, tandem ab Evagrîo Presbyter. Mortuo Neclario, communibus suffragiis populi, & cleri, justu Arcadii, Constantinopolitanus Episcopus factus, propter eloquentiam Chrysoptomi nomen meruit: in concionando assiduus, adeò ut auditores propter loca certarent: in reprehendendo adeò liber, ut ne Eudoxiæ quidem Imperatrici parceret. Varia certamina contra hæreticos, sed majora contra falsos fratres sustinuit. Theophilus Alexandrinus Episcopus eum, quòd Originem damnare nollit, odio profectus, apud Imperatorem propter libertatem in reprehendendo accusavit: & adjuvante Eudoxia, in exilium eiecit. Sed populo tumultuante, paulò post rediit. Iterum Eudoxia eum propter reprehensionem liberam eiecit, & in Pyriuntem Ponti deportari curat. Cum ergo Comana venisset ad Pontum Euxinum, dolore capitis, & febri correptus, obiit, decimoquarto Nov. anno Christi 408 ætatis 52. Episcopatus sui quinto, & dimidio. Mortem ejus secutum est dissidium inter Episcopos, quorum alii eum damnabant, alii tuebantur. Alexander Antiochenus primus nomen ejus in sacros reculit commentarios. Cyrillus Alexandrinus diu restitit. Tandem & ipse consensit, ab Ifidoro Pelusiora diu persuasus. Reliquæ ejus Proclo Episcopo Constantinopolitano interpellant, Constantinopolim à Theodotio Imp. cum lacrymis sunt relata, rogante ut ignosceret patri suo Arcadio, & matri Eudoxiæ. Succellit ei in Episcopatu stupidus Arfacius.

GREGORIUS I. Magnus appellatus, Gordiani fenatoris filius, Felicis quarti pronepos, Monachus primus fuit, & Abbas. Parentibus defunctis, de patrimonio sex Monasteria in Sicilia extruxit: ades Romæ in cœnobium convertit. Angelum ter in specie hominis naufragi excepit, pavit, & pecunia juvit: à quo postea miraculis donatus est. Tandem post Pelagium II. Pont. Roman. creatur, sanctitate vite, & eruditione Posteriores omnes vincens. Ecclesias, & scholas bene instruit: in Episcopis examinandis acerrimus fuit. Plurima scripsit, quorum major pars ab æmulis combusta est: aliqua tamen, intercessionè Petri Diaconi, servata. Primus se servum servorum Dei appellavit. Erga pauperes liberalis maximè fuit, & castitatis amator. Contra Judæos, & hæreticos va-

ria certamina suscepit. Eutychium Episcopum Constantinopolitanum ipse adhuc Diaconus eorum Tiberio Imp. confutavit, qui scripserat corpus nostrum post resurrectionem impassibile fore. Obiit ann. Christi DCVII. Phoca imperante, quarto idus Martii, qui & natalis ejus dies fuit. In lecto recubans modulabatur, & pueris baculo moderabatur.

PROCLUS, quintus à Chrysoptomo Episcopus, & ejsdem discipulus, Chrysoptomi, & Atici donis fuit instructus, Maximiano successit Theodosii iussu. Omnibus ex æquo placidus, & lenis. Chrysoptomi reliquias Constantinopolim referri curavit. Fuit etiam auctor Ecclesie hymni Trisagii: *Ὕμνος ὁ δὲν ἔχων ὁ ἱερωπος, ἄγιος ὁ ἀθάνατος ἰσχυρὸς ἡμῶν*, ex suggestionè pueri in æra miraculosè rapti, & absque noxa demissi, qui monuit etiam ne trisagio hymno adderent clausula (ut Petrus Gnaphzus Antiochenus Episcopus confirmaverat.) qui crucifixus est, pro nobis. Ergo hymno recitato, statim terræ motus terribilis conquevit. Præfuit Ecclesie annis 12. Mortuus eodem serè tempore, quo Cyrillus Alexandrinus.

LEO XIV. Ecclesie Romanz Episcopus Theoderico regi Gothorum à consiliis fuit. Abens in Gallia Episcopus eligitur anno Christi ccccxiij. Theodosii junioris decimo septimo. Ecclesiam doctrina ipsèmet erudit, plurima etiam scripsit, & contra hæreticos acriter pugnavit, Pelagianos, Manichæos, Eutychianos. Primum Romanæ Ecclesie supra omnes alias constanter asseruit, & insigniter contra adversarios est tutatus. Atiliam Gothorum regem ab urbe Roma diripienda avertit: item Genesericum Vandalorum regem ad urbem vocatum ab Eudoxia in marii Valentiniiani interempti ulcionem, ita demulcit, ut præda contentus, à cædibus, & incendiis abstineret. Sedit annos viginti, & unum.

Salvianus Massiliensis Episcopus doctissimus filii Zenonis, vixit usque ad Anastasi tempora, ad annum Christi quadringentesimum nonagesimum. Scripsit multa doctissima.

PROSPER Aquitanicus in urbe Limonum natus, sacundus vir, Carthagine Augustini discipulus fuisse videtur. Reginum fuisse Episcopum asseruit. Scripsit multa contra hæreticos pugnavit, item Augustinum acriter defendit. Sub Leonemagno claruit, anno Christi ccccxlx. Moritur anno ccccxlx. Hilario Romæ Episcopo agente. Rexit Ecclesiam ann. 22. Sepultus in basilica Apollinatis.

ISIDORUS Germanus natione, Gregorii Magni discipulus, Leandro in Hispanensi Episcopatu successit, doctrina & virtute clarus, anno 627. Scripsit plurima, & refutavit plus quam 70. sectas: Acephalorum verò hæresim exterminavit. Mortuus est tandem sub Heraclio. Mahometum in Hispania videns, ex ipsa phisonomia pestem Ecclesie, & Resp. forte prædixit.

ADELHELMUS DUKOTELLUS, Inz Anglorum occidentalium regis ex patre nepos, in Bladunensi, vel Malmesburienfi cœnobio educatus, omnes Theologos suæ ætatis superavit. Moritur anno Christi 709.

NOTGERUS Germanus in cœnobio S. Galli Abbas, tandem Leodienfis Episcopus sub Lothario, Philosophus, Poeta, Astronomus, Mulicus, & Theologus celebris, scripsit voluminum Consequentiarum, & præcipuis sacrarum literarum expositionibus, de Musica, & Symphoniarum modis, Sermones, & homilias varias. Exposuit etiam aliquot libros sacre Scripturæ. Scripsit multos hymnos, cantus, antiphonas & responsoria: quæ hodie adhuc in Ecclesiis cantari solent. Nicolai Pontifex hujus hymnos approbavit, & ad Missas decantari præcepit. Mortuus est circiter annum Domini 850. *Spanheimensis, Tribemius de Viris illustribus Chronicon Hirsaugiense.*

FRANCO vir insigniter doctus, scripsit sermones multos, cantus, antiphonas & responsoria composuit dulci, & iusta melodia. *Tribemius de Viris illustribus Germaniæ* attribuit ei librum de Quadratura circuli, & librum de Computo Ecclesiastico. In schola publica discipulos instruit. Præfuit an. 47. Mortuus est anno Domini dcccxxxiv. vel juxta Sigebertum dcccclij.

REMGIUS Monachus, Antiodorensis Episcopus, scripsit in Cantica canticorum, in totum Psalterium, in Evangelium Matthæi, in epistolas Pauli. *Tribemius, in Bergomensi lib. 11.* Claruit ann. Dom. dcccxxxix. aut dcccxcv. secundum Palmærium.

RABANUS, cognomine Magnentius Maurus, Germanus, Fuldæ natus, Albini auditor, & discipulus, juvenis adhuc Benedictinz familiæ in Fuldensi cœnobio, & in omni discipularum

plinarum genere excelluit. Theologus, Philosophus, Astro-nomus, rhetor, ac poeta: nec habuit eo tempore Italia ei similem, nec Germania æqualem. Achajus rex Scotorum, eo usufess legato ad Carolum, ad incendum & confirmandum fœdus inter Scotos, & Gallos. In Parisiensi Academia aliquandiu professorem egit. Sub Ludovico Pio Abbas Fuldensis constitutus est: & Ecclesiasticam dignitatem accepit ab Aistulpho Episcopo Moguntino. Post annos viginti, Archiepiscopatum Moguntinum magno favore principum Francorum, & cleri, & populi electione, post Orgarium adeptus est, circiter annum Domini dcccxlvi. Scripsit multa. Doctrinam cœlestem voce, & stylo propagavit indefesso studio, & labore longè maximo: ut patet ex monumentis ejus. Hæreticos refutavit, Arianos, Sabellianos, Novatianos, Donatistas, Genethliacos, Origenis opinionem de salvandis diabolis, & impiis. Discipulos instruit in schola Fuldensi Monachos plures. Archiepiscopus factus, Godeschalum hæreticum de libero arbitrio, prædestinatione, & de sanguine Christi malè sentientem, in Synodo Moguntina refutavit, anno Domini dccc. xlix. Pseudopphetissam quandam, quæ quæstus gratia, affirmabat instare diem judicii, ad mentem saniorum reduxit. A suis discipulis, & fratribus malè fuit tractatus, eò quòd sacris studiis intentus, alias res negligenter curaret. Anno Dom. dcccxlj. ad Ludovicum secundum sese contulit: & licet à Monachis rogaretur, ut rediret, tamen id recusavit: mansitque apud Ludovicum, donec Orgarius moreretur. Fame graffante circa annum Domini dcccxlj. multis beneficiis. Obiit anno Domini dcccxlj. sepultus in Monasterio Albani propè Moguntiam. *Sigebertus Tribemius.* Ejus opera prodierunt in lucem typis D. Ant. Hierati, anno 1627.

LANFRANCUS Papa oriundus, Cantuariensis tandem Episcopus factus, tanta fuit ob eruditionem auctoritatis, ut ei Romam venienti pontifex assurgeret. Scripsit multa. *Polihydorus.*

PETRUS LOMBARDEUS, Episcopus Parisiensis, Magister sententiarum, circa annum MCX. Scripsit in Psalterium, Pauli epistolas, & Sermones varios, *Tribemius, in Vincentius libro vigesimo nono, capite primo.* Oppido, quod vulgò Lumen omnium dicitur, oriundus fuit. Cum rudi illo sæculo factus Episcopus, & Lumen omnium est appellatus. *Jovius libro tertio, Historiarum.*

GULIELMUS PORRETA, natione Gallus, Episcopus Pictaviensis, circa annum Christi MCX. Scripsit in Psalterium, epistolas Paulinas, Evangelium Joannis. Eum D. Bernardus in quibusdam de hæresi accusavit. In Rheimensi concilio ab Eugenio recantare coactus est. *Tribemius, in Bergomensi lib. 12.*

PETRUS COMESTOR, Petri Lombardi frater, sed nothus, Trecentis Presbyter, sic dictus, quòd Scripturæ auctoritatem in suis scriptis, & concionibus tam crebrò allegaret, quasi eas in ventrem memoria manducaret. Scripsit historiam Scholasticam, & Sermones. *Schædelius, in Tribemius.*

Petrus Alfonso, Judæus genere, Moses dictus, ad fidem veniens, à rege Alfonso è sacro baptismate susceptus, anno salutis MCVI. in Theologia, & Philosophia clarissimus scripsit contra Judæos. *Tribemius.*

Gulielmus Ocean Ludovico quarto Cæsare floruit, ad annum Salutis mcccxx. & inter alia de summi Pontificis potestate scripsit. Multis in utramque partem expositis argumentis, promagistratu civili perumque decidit, & Joannis XXII. Pontificis, qui tum vixit, leges, uti vocant, Extravagantes, insertas juri Pontifici, tanquam hæreticas, reprehendit. Itaque a schola Parisiensi eiectus est, & damnatus.

Joannes Gerson, Gallus, Monachus Cælestinus, Cancellarius Academiae Parisiensis, vir doctus, & pius, interfuit Concilio Constantiensi, & obiit anno 1429. multaque edidit, quæ tribus Tomis fuerunt comprehensa. Argentorati anno 1588. Sed opuscula omnia exigua sunt, at in maximo numero. Quod autem generatim de ipsius operibus dici potest, id Jacobus Vimpleringius dixit sequentibus verbis.

Neque enim clauduit hominibus facile cœlos, neque cœcum nutrit presumptionem, at media via, quæ tutior, incedit.

Jugum Domini leve esse contendit. Pope, & Prælatorum potestatem ostendit. Ecclesie reformandæ modum demonstrat. Canonum, & legum necessitatem aperit.

L.B. Theatr. vitæ Hum. Tom. VII.

Religiosus pro zelo docet. Adolescentes instruit. Pueros paterno affectu complectitur. Præceptores Gymnasiorum particularium, etiam Privilegiatorum informet. Orationes ad Clerum, & in laudem quatuor facultatum sententiosissimas excudit. Sermones optimos facit. Theologos speculatores ad materias utiles excitat. Hæreses eliminat. In Schisma invehitur. Regum, & Principum filii præcepta tradit. Triplicem statum scilicet Ecclesiasticum, Militarem, & Civilem in Republica necessarium esse demonstrat. Censuum, & reddituum benignus est, moderator, & Judex. Curatorum sive Patochorum jura defendit. Religiosis contemplativis dulcissimas doctrinas infundit. Prædicatorum Ordinem cum Univeritate Parisiensi reconciliavit. Confessariis bona præcepta largitur. Astantes Agonizantibus salubriter erudit.

* Vincentius Bellovacensis Episcopus ex Ordine Predicatorum, vixit tempore Innocentii IV. Pontificis. Scripsit opera laboriosissima, ac præsertim quatuor Specula, Doctrinale, Historiale, Naturale, & Morale. Doctrinale speculum continet lib. 17. & tractat de omnibus scientiis à Grammatica usque ad Theologiam. Historiale speculum tradit historias ab initio mundi usque ad annum Domini 1244. Sed alias continuavit ad an. 1494.

Naturale speculum continet libros 32. & tractat de rebus omnibus, herbis, avibus, &c. & in ultimo libro de locis, & temporibus, & sua tempora dicit fuisse anno Domini 1250. Morale speculum continet libros tres divisos in partes, & distinctiones, & tractat de passionibus animi, de legibus, de gratia, de vitis, & virtutibus copiosissimè.

Obiit autem anno Domini 1256. teste Antonio Senensi in Bibliotheca Ordinis Predicatorum, qui Vascum testem adducit.

* ALBERTUS ob sapientiam singularem cognomento Magnus natione Suevus, professione Religiosus Ordinis S. Dominici, dignitate Episcopus Ratipondenfis, ad quam dignitatem ab Urbano IV. Pontifice assumptus fuit. Scripsit plurima opera tum Philosophica tum Theologica, ac omnis Philofohicis extat Summa Theologiæ, sed imperfecta.

Commentaria in libros Sententiarum. Commentaria in 12. Prophetas minores. Commentaria in quatuor Evangelia. De quatuor coavis liber unus. De virtutibus liber unus. De adherendo Deo liber unus. Compendium Theologica veritatis lib. 7. Enchiridium de veris, perfectisque virtutibus. Multò plura tribuuntur Alberto à Venerabili Patre, F. Antonio Senensi in Bibliotheca Predicatorum, & aliis, quæ an extent, ignoro. Obiit autem Magnus Albertus anno Domini 1280.

Inscribuntur libri duo, unus de mirabilibus, & alter de secretis mulierum, Magno Alberto. Sed uterque liber indignus est, qui tanto viro tribuatur: nam superstitiosa quedam continet, & vana.

* S. THOMAS AQUINAS, natione Italus, patria Neapolitanus, professione Religiosus Ordinis Predicatorum. Illustri genere, sed illustrior sanctitate, & sapientia: natus est anno Dom. 1224. & obiit an. 1274. quo anno obiit etiam S. Bonaventura, ejus amicusissimus, sed hic mense Martio, ille mense Julio.

* Sistrus Senensis scribit de illo, proximè, cum Sancto Augustino incessisse, atque hujus mentem, & reconditos sensus introspexisse: & subdit, quatuor inter se implicabiliter pugnantia indissolubilis pacis fœdere conjunxisse, videlicet, Copiam, Brevitatem, Facultatem, Securitatem, quæ nulli unquam litterarum professori, vel ante, vel post eum contigit: semel potuisse connectere. Cæteram opera omnia, quæ vir Sanctus posteritati reliquerat, Romanis typis, quam emendatissimè eudi jussit Romæ Pius V. æternæ memoriæ Pontifex Maximus, qui & D. Thomam quatuor Ecclesie Doctorum numero adiecit, uti Quintum, & splendidissimum ejusdem Ecclesie lumen.